

Les sources manuscrites de la théorie de la musique  
(S. IX-XVI)

---

Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana (*I-Rvat*)  
Reg. lat. 1308, f. 62r  
Transcription : Shin Nishimagi  
(mars 2012)

<sup>1</sup> DE PROPRIETATE TONORUM

<sup>2</sup> Prima species diatesseron constat ex tono, semitonio et tono ; <sup>3</sup> secunda ex duobus tonis et semitonio ; <sup>4</sup> tercia ex semitonio et duobus tonis.

<sup>5</sup> Prima species diapente constat ex prima specie diatesseron adiecto tono superius ; <sup>6</sup> secunda ex secunda specie diatesseron adiecto tono superius ; <sup>7</sup> tercia ex tercia specie diatesseron adiecto tono inferius ; <sup>8</sup> quarta ex prima specie diatesseron adiecto tono inferius.

<sup>9</sup> Protus constat ex prima specie diapente et prima specie diatesseron superius ; <sup>10</sup> subiugalis eius ex eadem specie diapente et eadem specie diatesseron inferius. <sup>11</sup> Deuterus constat ex secunda specie diapente et secunda specie diatesseron superius ; <sup>12</sup> subiugalis eius ex eadem specie diapente et eadem specie diatesseron inferius. <sup>13</sup> Tritus constat ex tercia specie diapente et tercia specie diatesseron <superius> ; <sup>14</sup> subiugalis eius ex eadem specie diapente et eadem specie diatesseron inferius.

<sup>15</sup> Tetrartus constat ex quarta specie diapente et prima specie diatesseron superius ; <sup>16</sup> subiugalis vero eius ex eadem specie diapente et eadem specie diatesseron inferius. <sup>17</sup> Omnis tropus subiugalis eandem habet diapente vel diatesseron quam et authenticus eius. <sup>18</sup> Differunt autem in eo quod authenticus diatesseron habet supra diapente, subiugalis autem infra diapente.

<sup>19</sup> Protus et tetrartus contrarii sunt, eoquod diapente proti habet prius duos tonos et postea semitonium et in fine tonum, diapente vero tetrarti habet prius tonum et semitonium et postea duos tonos. <sup>20</sup> Concordant

---

<sup>15</sup> superius] *ante corr.* suferius

<sup>19</sup> Protus] Protos

autem in prima specie diatesseron, excepto quod tetrarti diatesseron est superior. <sup>21</sup> Deuterus et tritus omnino contrarii sunt, cum diapente deuteri prius tres tonos habeat et postea semitonium, diapente vero triti prius semitonium et postea tres tonos habet, <sup>22</sup> et quod diatesseron semitonii et duorum tonorum. <sup>23</sup> Si converteris diapente proti, efficitur diapente tetrarti, et rursus tetrarti diapente conversa resonat diapente deuteri sit duorum tonorum et semitonii, diatesseron autem triti proti, diatesseron vero ipsorum cum non convertantur. <sup>24</sup> Si converteris diapente deuteri efficitur diapente triti, rursus triti diapente conversa resonat diapente deuteri, similiter diatesseron eorum converti possunt.

<sup>25</sup> AUCTORALES

T	S	T	T	S	T	T	T	S	T	T	S	T
SUBIUGALES.												

**21** habeat] *ante corr.* habet

**25** TSTTSTTTSTTST] TSTTSTTTSTSTT